

domi forisque profecisse censendus est, qui artem uiuendi nouit, mundique, ut uocatur, scientiam, quippe in omni hominum statu apprime utilem, (1) didicit. Quae scientia cum nulla uia facilius comparari queat, quam peregrinatione, prudenter instituta, hunc etiam fructum praecipue sibi proponere debet peregrinaturus, suamque eo referre praeparationem. At speciales peregrinaturi fines, pro uaria eius conditione, uarii etiam esse possunt. Qui Princeps est, regendis aliquando hominibus destinatus, is eam maxime artem sibi proponere debet, qua Respublica belli pacisque tempore pie, iuste, beateque gubernari possit. Nec alienum ab isthoc scopum habere debent illi, qui, animum ad rerum ciuiliu studia applicantes, in aulis, ciuitatibus, curiisque munera obire, populorumque rectores opera et consilio iuuare decernunt. Sanctioris autem disciplinae pariter, ac philosophiae, rei literariae, nec non artis medicae cultor, id in primis sibi propositum habere debet, quod in eo doctrinae genere, quo, duce natura, et excellere alios, et publi-

---

(b) Ce n' est pas assez d' être sc̄auant de la science du College, il y en a une autre, qui nous enseigne, comme il s' en faut seruir. Celle ci est une coureuse, qui va de maison en maison, et qui ne parle ni Grec, ni Latin, mais qui nous montre l' usage de tous les deux. On la trouue dans les palais, on la rencontre chez les Princes, et les grands Seigneurs. Elle se fourre dans les ruelles des Dames, elle se plait parmi les gens de guerre, et ne méprise pas les marchands, les laboureurs, ni les artisans. C' est elle, qu' on appelle la science du monde, qui a pour guide la prudence, et pour docteurs les conversations, et l' experience des choses. Elle rend les mêmes offices aux autres sciences, que le lapidaire fait aux diamans bruts, quand il leur donne la beauté, l' éclat, et le prix par sa polissure etc. ita de magna hac scientia loquitur eruditus Gallus, BELLEGARDE dans l' éducation parfaite p. 87.